

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

S.D. omnibus lecturis has literas

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

S. D. omnibus lecturis has  
literas.

Scitis multos pios pastores rectè docentes cum  
famijs expulsos esse ex limitibus Bohemiæ: qua in  
re hoc quoq; dolorem omnibus augere debet, quòd  
laudata Bohemorum natio, quæ olim & sapienter  
& piè errores Pontificios taxavit, & fortiter ar-  
mis defendit Ecclesias rectè docentes, nunc uidet ge-  
mentibus multis, exerceri hanc asperitatè à paucis,  
qui ueritatem manifestam, quod scimus, contra  
conscientiam suam oppugnant. Magno autem  
cum dolore hunc senem Nicolaum, patrem quinque  
filiorum & duarum filiarum, audimus inter cate-  
ros in hac senecta, & cum misera familia ex limi-  
te Bohemico pulsus esse. Quare oramus omnes  
qui aliquid ei largiri possunt, ut aliquid ad uia-  
ticum ipsius conferant. Certissimum est, Deum pro  
pter hæc beneficia poenas publicas & priuatas mi-  
tigare & hanc fidem in hac beneficentia exercea-  
mus. Data Calendis Iunii, 1558.

Philippus Melancthon  
manu propria.

S. D. omnibus lecturis has  
literas.

Natus est hic Vuolfangus Fabricius, in oppido  
Saxonie Vuiteberga, ex parentibus honestis &  
pijs.